



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 2. Evagrius Antiochiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. tus S. ab hæreticis impugnari; summum  
A. C. 374. esse periculum, ne populi hæreticos au-  
scultare, eisque credere adsuescant, cum  
ab eis omnia Ecclesiastica officia admini-  
strari videant. *Ipsi baptizant, inquit:*  
*mortuos sepeliunt, ægrotos invisunt,* con-  
solantur afflictos, subveniunt pauperibus,  
omne genus obsequii exhibent, Sacra-  
menta præbent. His subjungit: decuisset quidem,  
nos majori numero ad vos ire, sed  
& ista libertas nobis adempta est, si enim  
vel modico tempore a nostris Ecclesiis ab-  
fuerimus, has inimici nostri invadent.  
Solum igitur Confratrem nostrum Presby-  
terum Dorotbeum ad vos misimus.

## §. II.

## Evagrius Antiochiae.

*Ep. 8. ad Eus. sup. l.XV. §.30.* Circa illud tempus Evagrius Presbyter  
Antiochenus, qui cum S. Eusebio  
in Orientem rediit, scripturam repor-  
tans, quam Orientales illuc miserant,  
quibusdam Occidentalibus, fidei puri  
studiosissimis, non probatam. Petebant  
ab Orientalibus epistolam, cuius exem-  
plum Evagrius afferebat, quodque Ori-  
entes de verbo ad verbum describerent.  
Id quoque volebant, ut Orientales Dele-  
gatos ad se mitterent, viros Primarios,  
& sic Occidentalibus ansam publice da-  
rent, ad eos quoque in Orientem profi-  
ciscendi,

ciscendi; forte ideo S. Basilus scripsit, Sæculum IV  
fieri non posse, ut multos Delegatos mit- A. C. 374.  
terent.

Evagrius ad unionem in Ecclesia Antiochenam procurandam operam condixit, *Basil. epist. 342. p. 118.*  
statimque S. Basilio promisit, se cum parte S. Meletii communicaturum; nihilo minus ubi Antiochiæ fuit, mutato consilio, cum solis Paulinianistis communicavit, semper exinde Paulino adhæsit, ejusque in Episcopi Antiocheni titulo Successor fuit; S. Basilio tamen scripsit, rogans, ut ad reducendam unionem operam jungeret. S. Basilus respondit; quamvis *Ep. 342. ad hanc pacem summis votis expeteret, sibi Evagr.*  
tamen eandem procurare esse impossibile, scis enim, ait: *morbis inveteratis tempore opus esse, ut curentur, & forti remedio, ut radix mali evellatur. Quomodo vir unus una epistola uno momento amorem proprium, suspiciones, & similitates longis contentionibus accensas hominum animis eximat? est Episcopus, quem bujus Ecclesiæ cura præcipue respicit* (loquitur de S. Meletio, adhucdum in Armenia exule) at isti, subjungit: *impossibile est, ut ad nos veniat, nec ego ad ipsum ob viarum difficultatem, & infirmitatem valetudinem accedere possum. Non gravate quidem ad eum scribam, modicum autem litterarum fructum spero. Opus est ad persuadendum, ut quis multa verba*

C c 4 faciat,

Sæculum IV. faciat, multa audienda, objectionibus r-  
 A. C. 374. spondendum, instantum; horum nihil in-  
 nimatæ litteræ in charta formatæ pos-  
 sunt. His adjicit, haud dubie de Pauli-  
 no loquens: veritatem dico, frater admo-  
 dum venerande! nullam mihi per Dei gra-  
 tiam cum homine ullo simultatem esse, nec  
 quantum aliquis peccaverit, aut suspectum  
 esse mereatur, sciendi cupidus sum, illud  
 tamen non parum me afflixit, cum audier-  
 quod eorum conventibus interesse recusa-  
 veris. Non hoc est, si bene recordor, de  
 quo inter nos convenerat.

## §. III.

## S. Hieronymi initia.

*Chr. Prosp.* Idem Evagrius in Orientem adduxit S.  
*an. 420. Pa-* Hieronymum, quem sua merita brevi-  
*gi. an. 370.* illuſtrissimum reddidere. Natus erat S.  
*n. 9. vit. Hier.* Hieronymus Stridone in Dalmatia, Pa-  
*per Vitor.* tre divite, nomine Eusebio, quo juben-  
*Bar. an. 372.* te bonis litteris imbutus est. Romam  
*Rosweid.* deinde misit, ubi celeberrimum Gram-  
*mit.* maticum Donatum Magistrum habuit; at inter vastissimæ urbis corruptos mores  
 a vitiis juvenilis ætatis immunis non fuit; emendavit autem vitam, jamque adultus  
 baptizatur; exinde continentiam servavit inviolatam. Labor erat continuus  
 studere, & libros describere, ex quibus  
 Bibliothecam, usui suo accommodatam,  
 composuit. Singulis Dominicis cum lo-  
 ciis